

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Indole & uirtute praestanti, Christophoro M. amico suo, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Et meo iudicio dignus est quem amplectaris. Habet ingenium ad literas appositum, si modo cultura accesserit. Pater cum certo consilio hinc abducit: et uidetur apud te posse proficere, si eum uolueris exercere scribendo tum soluta, tum uersu. Velim cum etiam in Dialecticis et Mathematicis exerceri. Spero eius consuetudinem futuram uilem tuis scholae. Nam eius exemplo accendentur tui, ad diligentius scribendum. Vale.

Indole & uirtute præstanti, Christophoro M. amico suo, S. D.

Charissime Christophore. Et in cælo consideres interdum leges motuum esse certissimas, et te ipsum aspice: et cogita impressa esse mentibus hominum uestigia, quæ testantur et esse Deum opificem uniuersæ naturæ, et seruatorem generis humani. Deinde adiungito doctrinam in Ecclesia traditam. Filius Dei certis testimonijs sese patefecit, et adfirmat se seruaturum esse sibi Ecclesiam, sicut inquit: Ecce maneo uobiscum usq; ad consummationem seculi. Hac te cogitatione confirmes, et statuas mansuras esse aliquas Dei Ecclesias, et aliquas earum hospitia: et eruditione te præpares, ut uisui communi societati esse possis. Bene uale. Salutem opto dulcissimis fratribus tuis.

Die 12 Maij.

Christo-